



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXIII. Ablaß für die, welche die Kapelle auf dem Schlosse Wolfsburg besuchen, mit verschiedenen Zugeständnissen für die Burgbewohner, vom 10. September 1357 oder vom 11. September 1362.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

ir phenninghe nicht bereidet sin, die wir in schuldigh sin vf fulche zit vnnd tag, als wir in vnser briefe darvber gegheben haben. Mit vestunghe dieses briefes, der gegeben ist — vitzehendehalb hundert iar, darnach in deme sibden iare, des dienstages vor sent Johannes Baptisten tage. Darvber sint gewesen die edelen manne Grafe Gunter von Swartzeborch, Otto Went, herre zu yleborch, vnnd die vesten Ritter friderich von lochen, Haffo von Wedel von Valkenborch, vnse houemeister —

Nach dem Originale im Wolfsburger Archive.

XXXIII. Ablass für die, welche die Kapelle auf dem Schlosse Wolfsburg besuchen, mit verschiedenen Zugeständnissen für die Burghewohner, vom 10. September 1357 oder vom 11. September 1362.

Nos Fr. Theodericus de Tassenveltz, Dei gratia Episcopus Bondonicensis, Suffraganeus Reverendi Domini Lodewici Episcopi confirmati Halberstadenensis, Omnibus Christi fidelibus salutem in eo qui est omnium vera salus. Cupientes ut Capella sita in Castro Wulfesborch de novo per nos in honorem omnium Dei sanctorum Cunctarumque Christi fidelium animarum die dominico proximo infra octavas claritatis Sanctissime Dei matris Marie Halberstadenensis Dioceleos consecrata in sanctis honoribus frequentetur dedicatio ejusdem annuatim devotissime celebretur et a Christi Fidelibus jugiter veneretur, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui predictam Capellam ejusdem ordinis querentes accesserint flexis genibus beatam Dei genitricem cum ave Maria ter salutando reliquiasque in eadem Capella positas ac omnes Dei sanctos, Insuper qui missis saltem dedicationis, Sancte Trinitatis, Corporis Domini, sancti Spiritus ac omnium sanctorum et qui verbum Dei devote audierint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli confisi suffragiis, centum dies Indulgentiarum cum una carena de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Insuper ut hujus Strenui viri predictae urbis commorantes diebus sextis feriis temporibus narratis una cum suis dilectis amicis ac familia propria semel uti valeant lacticiniis in predicto Castro Wulfesborch, Omnes vero lacticiniis talibus utentes devote orent Pater noster, Ipsi vero decumbentibus missarum solennia in ipsorum presentia valeant celebrari, etiam Capellanus divinatorum competens prefatorum, ut antiquitus consuetudinis fuit, oblationes sacri altaris licite tollere possit, Dummodo vero . . . in quatuor precipuis festivitibus pro se satisfaciant, auctoritate Domini nostri Lodewici ecclesiae halberstadenensis auctoritateque nostra divina opitulante misericordia misericorditer indulgendo relaxamus. In cuius rei evidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Anno Domini MCCCLXII.*), In die dominica proxima infra octavas beate Marie virginis gloriose.

Nach einer neuen Copie im Wolfsburger Archive.

*) Nach einer Urkunden-Inhaltsanzeige soll diese Urkunde ausgestellt sein MCCCLVII.